GVIDONIS A BAIISO
ARCHIDIACONI BONONIENSIS
Iuris Vtriuſque Peritiſsimi

IN SEXTVM DECRETALIVM
Commentaria,

NONNVLLORVM DOCTISSIMORVM
Hominum Adnotationibus illuſtrata,

Cum Summarijs & Indice rerum ac verborum, notatu dignorum, locupletiſſimo;

Hac poſtrema editione ſummo ſtudio ac diligentia à multis
& varijs erroribus repurgata.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXVII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

LECTORI.

EN TIBI, humaniſsime Lector, Guidonis à Baiſio, Archidiaconi Bononienſis, vtriuſque Iuris peritiſsimi, in Sextum Decretalium Commentarios, denuò typis excuſos exhibemus. In quibus quidem corrigendis quanta vſi ſimus induſtria, quantamque præſtiterimus diligentiam, tuo æſtimandum iudicio relinquimus: nam facile id cæterorum comparatione, qui antea in varijs typographijs excuſi ſunt, deprehendere poteris; hoc nos fatebimur (pace aliorum) innumeros propè errores correctionis lima ſublatos, plurimos verſus repoſitos, quos in alijs deeſſe vidimus, an exemplarium vitio, an Correctorum inertia neſcimus. & in hoc exemplarium, eorundemque antiquorum ope adiuti ſumus, ac illis noſter conatus plurimùm releuatus eſt. Itaque omnia ſuo loco poſita, nec ſenſus, nec verba obſcurabunt. quibus explicandis neceſſariò ob ea quæ deerant, Oedipo aliquo coniectore opus erat. Parem etiam conabimur afferre diligentiam in alijs Iuris Pontificij libris, quos (Deo annuente) diuulgare paramus, cum præſertim quàm celerrimè tibi abſolutos Dominici à Sancto Geminiano in Sextum ipſum cæterarumque epiſtolarum Decretalium Volumen, atque Decreta, præclaros Commentarios daturi ſimus. quorum quædam nondum impreſſa ad nos, ipſius manu (vt fertur) ſcripta deueniſſe te neſcire noluimus. His interim fruitor, &, à nobis maiora in dies expectando, operam hanc noſtram æqui bonique conſulito. Vale, Amice Lector, et tuis ſtudijs noſtros labores foue. Kal. Iunij, anno M D LXXVII.

GVIDONIS A' BAIISO,
ARCHIDIACONI BONONIENSIS.
V. I. CONSVL. PRAESTANTISSIMI,
Super Sexto Decretalium Commentaria,
Nonnullis doctiſsimorum hominum adnotationibus illuſtrata fęliciter incipiunt.

VENERABILIBVS ET DISCRETIS VIRIS DOCTORIBVS VNIVERSITATIS SCHOLARIVM BONONIAE DEGENTIVM, Fratribus & amicis chariſsimis,

GVIDO DE BAIISO BONON. Archidiaconus, Domini Papæ Capellanus, nunc & ipſius literarum contradictarum Auditor, ſalutem in eo, qui vnicuiq; tribuit iuxta votum.

VEſtris deuictus precibus & amore, necnon ſuperatus inſtantia ſcholariũ prædictorũ: quamuis multum inſtatus fuerim circa volumen aureum Decretorũ: volẽs inquantum Dominus miniſtrabit, circa aliqualem declarationem eorum, quæ continet Sextus Liber, dare operam efficacem, illum aſſumpſi gloſſandum quàm breuius & ſecurius potero, ſecundũ modicam ſcientiam mihi à Dño miniſtratam, cum multæ operationes eſſe probantur, vt teſtatur egregius Doctorum Doctor Paulus, in prima epiſtola ad Corinth. 12. & tranſumptiuè ponitur ſecundũ Auguſtinum, 1. q. 1. multæ. qui vnicuique propria diuidit, prout vult, vt ibi etiã continetur. ad idẽ de conſe. diſt. 4. cum tñ. Confidens igitur de immenſa illius bonitate, qui quotidie clamat in plateis, Petite & accipietis: pulſate & aperietur vobis. qui etiam dat omnibus & affluenter, vt 1. q. 2. quàm pio. ſic duxi breuiter inchoandum. Formauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vt 33. q. 5. hæc imago. fuit aũt creatus in perfecta ætate. C. virili, vt leg. & not. de pe. diſt. 2. §. Romanus. c. nemo poteſt. cui fuit neceſſariũ, vt quid haberet, cuius ordine regeretur: & ideo ei fuit creatum ius naturale, quod primatum obtinuit, etiã tempore & dignitate, vt 5. diſt. in prin. Sed quia plura erant negocia quàm vocabula, vt ff. de præſcri. ver. naturalis. ideo neceſſariæ fuerunt conſtitutiones & iura, quæ a Moyſe initium habuerunt, vt leg. 7. diſt. Moyſes. deinde a ſanctis Patribus proceſſerunt, vt 15. diſt. c. 1. Inter cæteras aũt conſtitutiones, quæ ſunt diſſoluentes vincula enodata, illæ ſunt, quas continet Sextus Liber, ſicut patet cuilibet intuenti, quas noſter Autor (quo non ſedit excellentioris ingenij in cathedra piſcatoris) ideo per Patres iuris ĩ. in proœmio nominatos, qui ſunt glorioſi nõ ſolum doctrina iurium, ſed etiam experientia rerum, vt alias dictũ eſt, C. de no. Cod. compo. in 1. cõſti. fecit in vnũ corpus redigi, & volumen, multis ſuperfluis reſecatis, & additis admodum vtilibus, ſicut efficax experientia manifeſtat: quia multæ erant conſtitutiones, quæ propter nimiam ſimilitudinem, aliquæ propter contrarietatem, nonnullæ ẽt propter ſui prolixitatem, confuſionẽ non modicam inducebant: mandans Doctoribus & ſcholaribus vniuerſis, vt iſta ſua compilatione vtantur in iudicio & in ſcholis, ſicut hæc ĩ. in ſuo proœ. continentur. ¶ Ex præmiſsis igitur liquet intentio, & materia innoteſcit. & hic poſſet quæri de his, quæ habentur in proœ. alterius compilationis p̃ ſiet, quæ hic ex certa ſcientia prætermitto. ¶ Dicamus igitur, noſtro principio adſit influentia Crucifixi, preces implorationis Virginis glorioſæ, necnon directio ipſius piſcatoris, de quo habetur, 27. q. 1. eſt aliud. cui ſoli dictũ eſt, duc in altũ, id eſt in profundum diſputationum, vt ea. q. non turbatur. vbi Ambr. plane dicit, quòd ipſe eſt eccleſiæ fundamentum. merito igitur ab eo tanquàm a meo confirmo ductore, duxi auxiliũ implorandũ. organizans, O apoſtolorũ princeps, perficere digneris leuiter inchoatum. Amen hoc eſt, ita erit. de cõſe. diſt. 2. ac vera. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Nomen proprium quare variatur in electione ſummi Pontificis.*
2 *Romanorum Pontificum nomina cœpta ſunt mutari in electione Sergij Romani Pontificis, qui prius vocabatur os porci, cui ideo propter turpe nomen, impoſitum eſt aliud.*

BOnifacius. De Bonifacio habetur 79. diſt. c. 1. & quæritur. 97. diſt. c. 1. & c. 2. ĩ. de præſum. nulli. in ti. de cõſe. diſt. 4. vaſa. 7. q. 2. deuotiſſimã. ver. & dñ &c.

1 Quam cõſueuit, quare nomẽ proprũ in promotione Romani Pontif. variatur. Nam ante creationẽ illius, Benedictus nomine proprio vocabatur. Ad hoc reſponderi poteſt, quòd ideo quia ſcriptũ eſt, quòd oĩs Chriſti actio, noſtra inſtructio demonſtrat. ad hoc 2. q. 1. Deus noua, cũ ſimilibus. de cõſe. diſt. 1. ſolẽnitates. vbi de hoc. 12. q. 1. exemplũ. vnde cũ Chriſtus nomẽ mutauerit ipſi Petro, cũ prius vocaret Simõ, vt patet ibi, dũ dicit, Beatus es Simon &c. & ei poſtea dictũ eſt a Dño, Tu es Petrus, & ſuper hãc petrã &c. vt Ma. 16. & 19. diſt. ita dñs. 21. diſt. in nouo, & c. quamuis. 22. diſt. c. 2. 50. diſt. fidelior. 24. q. 1. loquitur, & a ſe petra. Petri nomen impoſuerint ſibi, vt 12. 21. diſt. §. 1. iuxta ſi. ideo ſit nominis mutatio, vt ſicut videtur tranſire in vtã alterum, eo quòd in terris nanciſcitur poteſtatẽ Crucifixi, vt ſatis colligitur ex prædictis c. ita dñs. c. in nouo. & ĩ. de tranſla. inter. & c. quanto. ĩ. vt ec. bene. vt noſtrũ. ĩ. qui fil. ſint legi. per venerabilẽ. iuxta ſi. ver. ſane tamen &c. ſic etiam ſit de nomine in eodẽ, ad hoc qđ le. & no. 26. diſt. c. 1. in ti. vel dic, quòd licet aliud ſit ſatis rõnabiliter dictũ: põt tñ & aliter

2 ſidem legi in cronica Martini, quòd Sergius ſecuus, natione Romanus, prius vocabat nomine proprio, os porci, cui propter turpe nomẽ, quod habebat, mutatũ eſt ipſum nomẽ. vnde ab iſto in antea oẽs nomẽ propriũ mutauerunt, vt ibi cõtinetur expreſſe. nã ante eũ multi fuerũt, quorũ nõ la mihi hic ſunt mutata. Et no. hic, quòd Papa præmittit nomẽ ſuũ. ſic habes 1. q. 3. ſalutator. in tit. vbi ponit hæc ſalutatio, de verbo ad verbũ. ſed cõtra, 12. q. 1. c. 2. in prin. vbi Clemens ſe poſt poſuit. ſic ẽt ab Imperatore poſtponit, vt patet 97. di. Victor. dic, quòd illud obtinuit tpe Eccleſiæ primitiuæ. hodie vero ſecus. Epiſcopus. videas, quid dicam. ĩ. de cõſti. c. 1. epiſcopatus aũt vocabulũ, vnde dicatur, habes 21. diſt. cleros. ver. epiſcopatus. diſt. 8. q. 1. qui epiſcopatũ. nã nomẽ Græcũ eſt, vt ibi dr. vnde Græcè ſignificatiuus dr epiſcopus, vnde nomẽ Epĩ tractatum eſt, vt 93. diſt. legimus. ver. ſed & Petrus ſeruus ſeruorũ Dei. In cronica ſ. dicta habet, quòd beatus Gregorius Doctor Eccleſiæ, qui multa bona fecit, fuit primus Pontificum, qui ſe ſcripſit ſeruum ſeruorum Dei, vnde ab eo hæc clauſula emanauit. & habes idẽ 1. q. 3. ſalutator. in tit. & c. ex multis. ĩ. tit. 30. q. 2. c. 2. in ti. de ſen. ex. relatũ. in ti. & põt dici, quòd ideo ſic ſe appellat, quia ipſe Papa ſeruus eſt beatorũ Petri & Pauli. vnde verſus. *Serui erant tibi Roma prius domini dominorum. Seruorum ſerui nunc tibi ſunt domini.* Hæc not. 1. q. 1. c. 7. quoties cordis. in gl. 27. q. &c. Dilectus. aliquã Papa ſcripſit aliquibus, & eos vocauit dilectiſsimos, vt 12. q. 1. dilectiſsimis in prin. aliquã ſubtrahit iſtã dictionẽ, vt 21. q. 3. c. 1. 24. q. 1. didicimus. in titu. Aliquã vocat illos reuerẽdiſsimos, vt 31. q. 3. c. 2. in tit. filius. ĩ. de cri. fal. quàm grauis. ſalutẽ & ap. bene. legitur in cronica ſ. dicta, quòd Clemens natione Romanus, primus Põtifex, inuenitur in ſuis cronicis potuiſſe iſtã clauſulã. inuenio tñ, quòd aliquando Papa ponit tantũ ſalutẽ, & nõ vltra, vt in prædicto c. 1. 1. q. 3. c. 2. in prin. & poſt c. didicimus. in tit. aliquã iſta clauſula totaliter tacetur, vt 30. q. 3. pictatum. in tit. & q. 3. ex multis. in titu. ibi ponitur iſta dictio, in perpetuum. ¶ Proœmium.

ro tertio. 133

Vita eorum qui geſtus aliorum cum ludibria ſui corporis repreſentant, eſt infamis ipſo iure. de vita & honeſtate clericorum. capitulo primo, numero ſecundo. 80

Vita goliardorum publicorum, & notoriorum exercentium geſtus aliorum cum ludibrio, ipſo iure caret priuilegio clericali. de vita & honeſtate clericorum. ca. clerici dignitati. ibid. nume. 3.

Vitioſum, quod contra ius factum eſt, non conualeſcit tr. Eu temporis de reſcrip. ca. ſi eo tempore beneficio. nume. 3. 8

Vocatio nominatim facienda eſt, vbi eſt certus aduerſarius. de elect. ca. quoniam. numero 2. 40

Voluntatem ſuam quis exprimere poteſt, nec refert, an exprimat verbis, an facto. de hæreticis. cap. quicunque hæreticus. nu. 2. 112

Voluntas mala, quæ non eſt ſuis terminis contenta, ſed ad actum extrinſecum deducitur, pro facto reputatur. de pœnis. capitulo, felicis. numero decimo. 122

Voluntas ſola non ſufficit, vbi opus eſt facto. de electio. capitulo, vt circa. numero 4. 20

Votum quid eſt. de voto & voti redemptione. capitulo, quod votum. numero primo. 104

Votum ſimplex quid eſt. de voto & voti redemptione. capitulo, quod votum. nume. 3. eod.

Votum non infringit, qui in melius illud commutat. de regularibus & tranſeuntibus ad religionem. ca. poſt votum. nu. 1. eod.

¶ *Vniuerſitas, an excommunicari poſſit. de ſententia excommunicationis. capitulo, Romana. nu. 5.* 127

Vniuerſitates & municipia ſub ciuitate conſtituta, ſequuntur conditionem ciuitatis, cui ſubſunt. de pœnis. ca. felicis. nu. 19. 123

Vniuerſitas alicuius loci, ſi ſit interdicta, nihilominus clerici poſſunt alta voce pulſare campanas, & apertis ianuis celebrare, excommunicatis tamen & interdictis aliquatenus non admiſſis, cum hoc prohibitum non exiſtat. de ſententia excommunicationis. capitulo, ſi ſententia. nume. 4. 130

Vnus executor ſi inceperit negocium executionis, & longe diſtet a loco, vbi debet fieri executio eccleſiaſtici beneficij, quod nunc vacat, ita quod non poſſit de facili ad eum haberi recurſus, alius executor id poterit terminare. de officio & poteſtate iudicis delegati. c. cum plures. nume. 1. 48

Voluntatem ſuam illi quis committere videtur, atque de illo multum confidere, cui ſuum tradit ſigillum, ex quo in eo domini imago exprimitur. de procur. ca. quamuis, nume. 1. 57

¶ *Vrbs, vtrum compoſita ſit ad modum orbis, quamuis orbis maior ſit vrbe. de electionibus. ca. fundamenta. nume. 8.* 31

¶ *Vſus illicitus abuſus & abuſio nominatur. de officio & poteſtate iudicis delegati. ca. quamuis. nume. 1.* 47

Vſus ſeruitute vtentis & patientia poſſidentis rem, ſunt neceſſaria ad ſeruitutis poſſeſſionem acquirendam. de conſuetud. capitulo, non eſt cannonicè. numero primo. 14

Vſura quid eſt. de vſuris. capitulo, vſurarum. nu. 1. 118

Vſurpata niſi reſtituantur, non ſufficit abſtinere a grauaminibus, de rebus eccleſiæ alienandis, vel non. capitulo, hoc conſultiſſimo. numero tertiodecimo. 97

¶ *Vulnera, quæ fomenta non ſentiunt, ferro abſcindenda ſunt. de officio & poteſtate iudicis delegati. ca. hac conſtitutione. nu. 3.* 50

Indicis copioſiſsimi in Commentaria Guidonis à Baiſio Archidiaconi Bononienſis ſuper Sexto Decretalium.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA